

ne scientia uentis cum inter uos sint tot doctissimi uiri ab Eumilitatis portu
 eijciamini in hoc enim negocio Dei multa opus est prece, maxima Eumilitate
 quia Deus superbus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod si humilibus
 unanimes, ac concordis fueritis, duce Spiritu sancto, omnia bene, et recte
 efficietis, fructum uberrimum Ecclesia Dei ex tot periculis, longis itineribus La-
 boribus et impensis uiris percipiet, et uos lumen quoddam magnum et clarissimu
 scientia, et doctrina accendetis, atq; in alio collocabitis, ad quod non solum ij, qui
 nunc uiuunt, sed etiam posteri cursum uite sue dirigentis tutissimum salutis
 eorum facillime tenebunt. Deus aut propter uos maxime laudabitur, et glorifi-
 cabitur, et uos eiusdem laudis participes eritis in hac uita, et post hanc uitam
 gloriam immortalitatis immarcescibilem percipietis.

(45)

Petito Talmud Iudeor

*Exhibita hebreor nomine Pmis
 Reibus deputatis a sacrosai synodo
 Tridentina ad cranu lib. prohibitor*

Non me latet Pmi amplissimiq; Patres hoc nomen Talmud tantam secum adferre
 nauisam, ut cum primum auditur statim reijciatur. Atqui cum sapientissimis omniq;
 doctrina uiris dum loquor, neglecto nomine ad rem penitus considerandam me con-
 uertam, ut inde Pmis et nunq; satis laudatissimis D.D. V.V. facilius in memoriam de-
 ducatur, quod opus quidue nos petamus dum Talmud ipsum nobis admitti obsecramus.

De note
Talmud

Talmud apud Hebreos et doctrinam et disciplinam indifferenter significat, ea de
 causa sic dictum, quoniam a doctore ad discipulum tradebatur, et sic deinceps.
 At si nomen hmoi impedimento sit, ne nobis admitti queat, illud idem mutato noie
 tolerari quesumus

De mysterijs Talmud et de ipsius origine apud Hebreos

Dicimus Talmud unum dilucidationem esse legis scripta, qua ob sententiarum angustiam
 orationisq; concisionem expositione indiget. exemplo res clarior reddatur. In lege
 scriptum est ne die Sabbati locum egrediamur nostrum: at locus multifariam dicitur
 de loco uniuersali ut de ciuitate, regione; de loco minus uniuersali ut de domo.
 demum de particulari quem quilibet occupat. nisi enim sciremus de loco uni-
 uersali esse intelligendum de re ipsa tang; ancipitis hesitaremus. Eodem itaq;
 modo

modo cum Deus praeceperit nos assumpturos palmam unam cum folijs salicium,
et fructu pulegii: fructus autem pulegii multe exhiberunt species, quoniam
paulo sciremus illum esse citrum? Praeterea cum brevis admodum sit scriptura
circa iudicia omnia, de quibus quam plures tradi possent et canones et regule
haec etiam de causa scriptura expositione indiguit. Idem dicendum est fore
in omnibus quae breuitatis causa sub silentio praeterire operepretium duco. Sed
cum non deceat quempiam Dei praecepta exponere, nisi per Dei ipsius reuelationem.
Idcirco credimus hanc deuteriosim ueluti primae legis expositionem ab
ipso Deo opt. Max. ore tenus traditam fuisse suo familiari Moysi, eamque docuisse
primos illos senatores, et iudices, atque legibus, quibus hodie utimur, ipsidem
usos fuisse tempore etiam Moysi et Senatorum asseueramus. Quam ob rem
hanc secundam traditionem diuinam esse non autem ex hominum institutione
asserimus. Et quoniam quotidiano usu, frequentissimisque operationibus me-
moriam huius secundae traditionis confirmabatur ne altera a prioribus cense-
retur. erat quodammodo nefas eam libris trahere, sed sola traditione doce-
batur, sic procedendo a tempore summi legislatoris Moysi usque ad tempora
Antonini Pij Imperatoris, qui in suum praetorem Sabuit sapientem illum Ju-
daeam nomine Rabbi Ieruda cuius meminit Epifanius antiquissimus eccle-
siasticus scriptor, qui quidem una cum sua Academia uidens temporum uicissitudinem
necnon futuram Iudaeorum dispersionem, memoriae, ingenique declinatione
conueniunt, et inter ipsos primo inuicem concilio sanxerunt capita earum
sententiarum, quae illiusque memoria prodita erant aphoristice, et breuiter
conscribere ubi ea, quorum quisque a suo praefatore accepisset recorda-
batur, scribebat, et in ordinem postmodum scripta digesserunt. Atque in
dies crescebat scribendi necessitas, et concisi illi sermones non sat erant
nec magis satisfactre poterant. post nonnullos annos insurrexit alia
copiosior Academia, quae numerum quadringentorum et amplius con-
tinebat, et illis Aphorismis, a nobis uocatis Misnaot et ampla, et uel
frequentissima oratione expositione adiecerunt omnia scripta reliqua
quentis

quentes. quod equidem secundum opus nr̄i est illud uocati Talmud in quo oēs
 explicantur nr̄i ritus, omnesq; ceremonie, omnis leges cum civilis, tum criminalis
 et mixtae omnes institutiones, decreta et statuta, et tandem ea quae ad mores, et uitam
 Iudaeorum spectant omnia, a quibus Justinianus, et alij qui successere Jurisperiti
 leges et instituta ferre omnia sumpserant. Testor enim Deum immortalem in paucis
 ab inuicem differre. Verum enimvero cum nonnulla reperta sint in ipso Talmud
 sententia (paucæ enim sunt et improptæ) quæ profecti si ad literam excipiuntur
 fabulas et nenas præ se ferre uidentur. Unde præter Epiphanium ipsum, qui
 in quatuor species Deuteroseos diuinit D. enim Hieronymi Esaiæ. viij. Ecce
 habuit uerba schamai et gilleh non multo anteq; Dñs nasceretur in Iudæa
 orti sunt, qui per Deuteroseos quas ediderant legis præcepta macularunt
 Idem super Ezechiæm cap. 36. ait Pentecostes Iudææ sunt fabulæ per
 quas fingunt illi geminam expectare Hierusalem. Et ad Damasum eplâ
 124. tomo. 3. idem esse ait Deuteroseos Iudæor, quod fabulæ eor, in quibus
 ponunt omnem eorum scientiam. Hæc ille. At non est credendum tam
 insigni doctrina uiros, totq; numero hallucinari, nugariq; quim potius
 symbolice, metaphoricèq; more antiquo fabulatos esse arbitrandum. Sed
 de hoc satis.

De causis condemnationis Talmud

Nonnulli Iudæi conuersi triplex obiecerunt genus blasphemie in ipso Talmud
 repositum, quorum alterum aiunt aduersus Cr̄m Iesum, et cultum Christiani;
 alterum uero aduersus ipsam Diuinitatem, et alterum sunt nugæ, et fabulæ
 dictu quoq; absurdum: Unde tempore Julij in se. 20. condemnatum fuit
 igniq; datum. qui quidem conuersi si amoris flagrantia, et incorrupta
 caritate, quod debuissent, et Christiana admonet religio, agerentur
 bona quæ in ipso Talmud existunt patefecissent: ea uero quæ superficie
 tenus praua apparent in bonum ac uerum traduxissent sensum Euange-
 licam doctrinam potius q; emulationem sit insequendum. Sed ut generatim
 respondeamus, dicimus Iesum illum de quo loquuntur interdum Talmudista
 diuersum esse a redemptore Christianorum si exalte inspiciantur uerba quæ
 di illo

de illo ibi referuntur, ac tempus quo floruit, ut demonstrabitur si opus fuerit
Unde Talmud scriptum hac in parte tuetur. Sin de alijs blasphemiar, generibus
consideratio habeatur certo inueniemus partim non fideliter ab illis sumpta esse
ac omnia summam translatis dicta fuisse quorum quidem interpretationes
cuiusq; aperientur si dabitur occasio. Dicent tamen inania illa magna
in se continere mysteria nullatenus admittenda sunt ne ansam decipiendi
foris exhibeant. hoc et id genus reliqua deleantur ab ipso Talmud, nec enim
secus q; ipsum expurgatum requirimus. Quod si difficile factu credi-
tur cum pauci sint qui linguam Iudeorum sunt professi, iam multos, et
hic et alibi inueniri Christianos integros religiosos, ac omni prorsus suspi-
cione uacuos qui maxime possunt nostris expensis limor negotium omni cura
facultate subire non ignoramus. Nec obstat quod semel condemnatum, et
combustum a Julio. u. se. re. fuerit. non enim maior est ratio de isto q;
de alijs quam plurimis libris ex indice uentis qui expurgati a R^mis Dⁿatio-
nibus uris admittuntur. Quinimo liberius codices eorum, qui extra fidem
sunt tolerari queant, potissimum si a blasphemijs expurgati fuerint q;
eorum qui uniri Ecclesiae debent, ac de omnibus illius esse dicuntur
Quapropter si aliquibus Talmud ipsum maxime Christianis non aut
Iudeis, quibus semper a sede Apostolica toleratum fuit prohiberi debet
Haec pauca amplissimi praesulis dixisse uolui. Sabita prius a R^mis
Dⁿationibus uris licentia, impetrataq; uenia. non ut uobis, qui
cuncta profitimini) quid noui in medium adferrem, sed ut nostras
non negligerem rationes, quas una cum nobis ipsis submittimus
saniori iudicio R^mis atq; amplissimarum DD. UU. quas Deus Opt.
Max. feliciter conseruet

Pro Hebraeis